PRAENOTANDA.

Varia est missae privatae significatio. Privata dicitur vel a loco, quia in privato sacello; vel a fine, quia pro particulari homine, aut negotio celebratur; vel ex eo, quoniam solus sacerdos, quin populus communicet, de eucharistia participat. Ad ultimam speciem, quae nos inter et protestantes controvertitur, elaborationis meae scopus praecipue tendet.

*) Alias missae privatae species refert Bellarminus Controv. Tom. III. pag. 351. Robertus Sala in obser. ad Card. Bona Tom. I. pag. 278. Muratorius rer. ital. script. Tom. IV. pag. 373. Le Brun explication litterale historique et dogmatique des prieres, et des ceremonies de la messe. Tom. I. pag. 5.

**) N

**) *Non unum est missae privatae nomen, quo apud scriptores ecclesiasticos vocatur. Dicitur missa bassa apud Lobinellum T. II. hist. britan. pag 1604. Secreta in capitulis Theodulfi Aurel. Specialis in capitulis Theodulph. Cantuar.*

Conf. Du Fresne in glossario verb. Missa. — Thesaurus sacrorum rituum auth. B. Gavanto cum additionibus Merati Tom. I. pag. 34.